



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xli. Si velis ne vna hora canis currat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ne quoquam canis aufugiat.

CAudam eius calamo metire, & pro eo ac cauda fuerit longa, calamum præcidito, ac parum caudæ eius pilorumque calamo indito, quem deinde sub tectum abscondes, & nusquam tecto tuo excedet canis. aut manuprehendens caudam, euellens pilos, quos euulsos calamo immites, neque quoquam canis aufugiet.

Si velis ne una hora canis currat.

ACcipe manu oleum & axillas canis inunge, & prorsus eo die non curret. hoc vero tum potissimum feceris, si forte in animo habeas ab aliquo mercari canem.

Si velis abortire canem.

Collyrium ex cinere facito, ac in vuluam canis indito, & aquam & sapam seu passum & terram tritam commisceto, atque de his infundito cani.

Si canem accelerantem partum abortire voles.

Semen violarum coquito in ea aqua, in qua arum est decoctum, unde canis post bibat, atque abortum faciet.